

2  
PARTITIONUM  
*Theologicarum.*

Disputatio II.  
**DE DEO VNO**  
ET TRINO.

In illustri VVittebergensi Academia propoluta.

PRÆSIDE  
**M. IACOBO MARTINI**  
Professore publico:

RESPONDENTE  
**M. IOHANNE CANVTI FORTHE-**  
lio è Bothniā Orientali Peersörensi.

MAGDÆBURGI,  
Excudebat Ioachimus Boëlius  
Sumtibus Clementis Bergeri Bibliopolæ  
Witteberg: Anno 1611.

*Viris venerandis*

Virtute, doctrinâ & pietate præstans-  
tissimis,

DNO. CAROLO ERICI in Karlebij:

DNO. CANUTO HENRICI in Peersore.

DNO. HENRICO MARTINI in Mußhaar.

DNO. MATTHIÆ JACOBI in Wöro: Ostro-

DNO. JACOBO SIGFRIDI in Peersore-Lapu: both-

DNO. ERICO JACOBI in Lorto;

DNO. ISAACO ERICI in Peersore: &

DNO. JOHANNI MAGNI in Karlebij

Præposito, Pastoribus & verbi divini præ-  
conibus vigilantissimis fidelissimisq; patri  
charissimo, cognatis colendissimis, fauto-  
ribus honorandis, & amicis dilectis, singu-  
lis & universis, omnibus pietatis & huma-  
nitatis officijs æternum prosequendis: in  
perpetui amoris, honoris & gratitudinis  
temporibus; nec non novi anni ( quem omni-  
bus vobis felicem & faustum esse jubeatis,  
pro cuius nomine & gloria in hac *ἐξερήνα* sta-  
mus ) strenam, hanc disputationem dica-  
re, consecrare & devovere voluit.

JOHANNES FORTHELIUS  
Peersorenſis.



## DISPUTATIO II.

### DE DEO VNO ET TRINO.

A' ΠΟΣΚ'ΙΑΣΜΑ.

Huius disputationis.

(A)  
D E V S i n  
verbo du-  
plici modo  
nobis mani-  
festatur,  
vel

In se ut est: ubi quæri- tur	1. An sit D E V S. Essentia : ubi	1. Ipsa essentiae notio :
		2. Attributa essentialia.
(A) D E V S i n verbo du- plici modo nobis mani- festatur, vel	2. Quid sit: ubi conside- ratur	1. Quid persona:
		2. Quot sint personæ:
	Personæ: u- bi quatuor quaeruntur	3. Quæ personarum divinitatū no- mina:
		4. Quod difcri- men
		Generale: { Internum. Speciale { Externum.

Respective, ut se habet ad creaturas: hoc est, in actionibus externis. (B)

A 3

CON-



## CONTINVATIO.

**S**uperiore disputatione verbi divini naturam inquisivimus, veritatemq; certitudinem demonstravimus; nunc porro quid nobis patefactum sit in verbo, investigandum, sequitur.

1. Illud est tò à xwsp̄. Ses.
2. Ratiocinatione quidem firmiter statuitur, Deum aliquem esse, qui præsit omnibus à cuius autu omnia pendeant, qui primum omnia sapientissimè condiderit, disposuerit, & in hanc usq; diem sustenter, qui iustus sit, & religione colendus: Verum quis ille verus Deus, qualisque se se generi nostro revelaverit, racente filio unigenito plane ignoratur, Cor. 2.v.12. Job. 1.

**Revelatio-** 3. Duplici modo Deus in verbo nobis manifestatur: Dei in ver- vel ut est in se: vel ut se habet ad creaturas, in actioni-  
bus duplex: bus externis.

4. Ibi duo nobis manifestantur: Quod sit, & quid sit.

**Deum esse** 5. **D**eum esse, docet scriptura partim testimonii, probatur. partim effectus.

1. **Testimo-** 6. **T**estimonij quidem: quandoquidem de divina es-  
sens. sentia abunde testatur scriptura Deut. 4.v.35, 39. c. 6. v. 4.  
c. 32. v. 39. 1.Sam. 2.v.2. 2.Sam. 7. v. 22. c. 22. v. 32. 1.Reg. 8. v.  
62. c. 18. v. 39. 2. Reg. 5. v. 15. c. 19. v. 15. Esaiæ 37. v. 20. item 42. v.  
8. & c. 44. v. 6. Job. 4. v. 24. Act. 17. v. 27. & 28.

2. **Effectus.** 7. Effecta varia sunt: rerum omnium creatio, Israeli-  
tarum ex AEgypto miraculosa eductio & liberatio,  
nec

*nec non alia stupenda miracula, apparitiones, vaticinia, promissio & exhibitio Messiae, & id genus alia.*

8. Cæterum etsi, quid sit Deus, propriè definiri ne-  
queat, quum sit infinitus: aliquo tamen modo ex ver-  
bo revelato describitur: nempe quod sit essentia Spiritua-  
lis, eterna, immensa, omnipotens, intelligens, liberrima,  
verax, justa, misericors: quodq; una illa essentia sit Pater,  
Filius, & Spiritus sanctus.

g. In qua definitione duo sunt observanda: *Essentia* et *Personae*. In definitione Dei

io. *Essentiam* quod spectat, probandum primum, duo: *Essentia* & *Attributa*; tribui essentiae notionem: 2. Deinde enuntiatione: Permutata essentiae attributa.

ii. Deum essentiam esse, ipsum lehovæ nomen Deo in sacris literis attributum, a perte monstrat: unde etiam illa ad Moysen, responsio: ero, qui era Exod. 3. Item ibid. Dic filiis Israel. Qui est, misit me: Quod idem est, ac si dicas: Eos misit me, ut illud explicat Gregorius Magnus in Orat. de natal. Christi. Sic in Apocalypsi Job. i. v. 8. legimus: ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, δὲκτη ἐ τέλος, λέγω ὁ κύριος: ὁ ὥν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἔρχεμενος, ὁ πατοκέατωρ. Ad quem locum Cyrillus inquit: Quia Deus in Apocalypsi de se dicit ὁ ὥν, ὁ ἦν & bonâ Grammaticâ ratione ἀπὸ τῆς ἀρχῆς formatur σέα, idèò vocabulum essentiæ non omnino alienum est & peregrinum à divinis scripturis.

12. **Attributa Dei essentialia sunt.** 1. **Quod sit Spiritus** 2. **F**essentia-  
tive essentia spiritualis Ioh. 4. v. 24. **Spiritus est Deus;** & **lia Dei at-**  
**cos, qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.** **tribuita.**

2. Cor. 3. v. 17. Dominus autem *Spiritus* est; Idem patet ex eo, quod invisibilis est, 1. Tim. 6. v. 16. 1. *Spiritus*

12. Deinde dicitur *aternus*: cum nec principium ha-<sup>2.</sup> *Eternus*  
beat ulli, nec finem unquam sit habiturus. *Gen. 21. v. 33.*  
*Abraham prædicavit nomen Dei æterni Psal. 90. v. 2.*

*Antequam montes essent atq; fundaretur terra, tu D E U S  
ab aeterno es in eternum. Psal. 92.v.9. Tu altissimus in aeternum,  
Domine. Es. 41.v.4: Ego Dominus primus & novissimus,  
ego sum. Esa. 43. v. 10. 57. v. 15. 63. & 16. Roman. 16.  
v.25.*

*3. Immen-*  
*sus & infi-*  
*nitus.*

*14. Tertiò: immensus finitur Deus & infinitus; & qui-*  
*dem in seipso: atq; idè non expansione aliquà vel ex-*  
*tensione, ullavè alià Physicā ratione i. Reg. 8.v.27. Cœli*  
*cælorum te capere non possunt. Ps. 145.v.3: Magnus Dominus*  
*& laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis. Ier.*  
*23.v.24: Nunquid non cœlum & terram ego impleo? Esa. 66.*  
*v.1. Cœlum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum:*  
*A&t. 17.v.28. D E U S non longè abest ab unoquog; nostrum;*  
*Per ipsum enim vivimus, movemur, & sumus.*

*4. Omnipo-*  
*tens.*

*15. Quartò: Omnipotens. Sic enim ad Abrahamum in-*  
*quit, Gen. 17.v.2: Ego sum D E U S omnipotens, ambula-*  
*coram me & esto perfectus. Similia extant Gen. 18.v.14.*  
*item 28.v.3. Exo. 6.v.3. Es. 50.v.2. Ier. 32.v.17. & v.27. Matth.*  
*19.v.26. Luc. 1.v.17. Eph. 3.v.20.*

*5. Intelli-*  
*gens & li-*  
*berrimus*  
*agens.*

*16. Quintò: Nec bruta est illa omnipotentia, sed in-*  
*telligens, à casu libera & fati coactione Ps. 147.v.5. Magnus*  
*Dominus noster, & magna virtus ejus, & Sapientia ejus nō est*  
*numerus Es. 28.v.29. Etiam hoc à Domino exercituum*  
*prodit, qui mirificus est consilio, magnificus reipsa. Ier. 32.*  
*v. 19. Magnus consilio, magnus operibus. Rom. 16.v.27.*  
*item 1.Tim. 1.v.17. Regi seculorum, immortali, invisiibili,*  
*soli sapienti D E O, honor & gloria in secula seculorum,*  
*Amen.*

*6. Verax.*

*17. Sextò: verax est Deus noster, cum sit aeternus &*  
*immutabilis, ab omni foco alienus: nec quicquam sit,*  
*quod veritatem eius infirmare queat. Num. 23. v. 19.*  
*Non est homo D E U S, ut mentiatur: ipse dixit, & non*  
*faciet?*

faciet? Deut. 32. v. 4: Deus veritas est, & non est iniurias  
in eo. 1. Sam. 15. v. 29: Triumphator in Israel non fallebit, &  
non punirebit eum: neg. enim homo est, ut agat penitentiam.  
Rom. 3. v. 3. Nunquid incredulitas hominum fidem  
DEI evanescit? Absit. Quin potius DEUS verax: omnis  
autem homo mendax. Tit. 1. v. 2: DEUS mentiri nescit.  
Hebr. 6. v. 18. Impossibile est mentiri DEUM.

18. Septimò: Misericors est Deus: Num. 14. v. 18 Je-  
bova tardus ad viam, & multus misericordia. Exod. 34. v. 7. Misericors  
v. 6. Jehova est DEUS misericors & clemens, longanimis  
& multe benignitatis & veritatis. Psal. 86. v. 5. Quoniam  
tu, Domine suavis & mitis, & multe misericordie omnibus  
invocantibus te. Psal. 103. v. 8: Miserator & misericors  
Dominus, longanimis & multum misericors. Non in perpet-  
uum irasceris, neg. in eternum retinebis iram. Esa. 49. v.  
15. Ier. 31. v. 20. Luc. 6. v. 36.

19. Ultimò: Justus est Deus Psal. 116. v. 5. Misericors & Injustus:  
Dominus & justus est, DEUS noster miseretur. Psal. 119.  
v. 137. Justus es Domine, & rectus in judicij tuis. Esa. 45.  
v. 21: DEUS justus & salvans non est prater te. Rom. 3.  
v. 4: DEUS verax, omnis autem homo mendax: Sicut scri-  
ptum est; ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum ju-  
dicaris. Rom. 9. v. 14: Numquid injustitia est apud DEUM?  
Absit.

20. Atque attributa hæc, quibus Ichova describi-  
tur, enunciantur quidem de Deo ut accidentia: acci-  
denta vero non sunt, sed, ut diximus, essentia- Attributa  
Dei accidentia non  
sunt.

21. Si enim accidentia essent, esset utique aliquid in  
Deo, quod Deus non esset, neque simplex Deus  
foret, ideoq; planè non Deus.

22. Quocirca etiam non tantum in concreto/ut Scholæ  
loquun-

loquuntur) verum quoque in abstracto de Deo enunciatur. Recte enim dicimus: Deus est eternus & aeternitas, infinitus & infinitas, misericors & misericordia, iustus & iustitia: idque propterea, ut simplicissima unitas & essentia notetur.

23. Essentiæ huius ratione Deus simplicissime unus est: Personarum vero respectu in eum cadit quædam pluralitas, Quare hoc in sequentibus demonstrabitur.

Deus essentiæ unus. 24. Deum essentiæ unum esse, infinitis Sacrarum literarum testimoniosis probatur. Deut. 6. v. 4. Marc. 12. v.

29. Audi Israel, Dominus Deus noster Iehova UNUS est. Deut. 4. v. 35. Ipse est Deus, & non est alius prater eum. Item v. 32, 35, 39. 1. Sam. 2. v. 2. item 2. Sam. 7. v. 22. ibid. 22. v.

32. 1. Reg. 8. v. 60. 2. Reg. 5. v. 15. item 19. v. 15, 19. 1. Paral. 17. v. 20. 2. Paral. 6. v. 14. Eccles. 1. v. 8. Psal. 83. v. 19. 96. v. 10. Esai. 37.

v. 20. c. 43. v. 10. &c. 44. v. 6, 8, 24. c. 45. v. 5. c. 46. v. 9. c. 48. v. 12. Joel. 2. v. 27. Matth. 19. v. 17. Marc. 10. v. 18. Job. 17. v. 3. 1. Cor.

8. v. 6. Galat. 3. v. 20. Epb. 4. v. 6. 1. Tim. 2. v. 5. Apoc. 1. v. 8. c. 21. v. 6. c. 22. v. 13.

Personæ plures. 25. Circa pluralitatem personarum quatuor notanda veniunt: 1. Quid sit persona 2. Quot sint. 3. Quæ personarum nomina. 4. Quomodo distinguantur.

Persona quid. 26. Persona est substantia individua, intelligens, incommunicabilis, non sustentata ab alio.

Persona ab 27. Personam in deitate ab ersona distingui, dubium non est, cum ob differentiam illam ratione ersonas simplicissime unus, ratione vero personarum trinus creditur Deus noster.

28. Verum qualis sit illa differentia, vel Angeli explicare non posse videntur.

29. Modus igitur omnis divinus, mysticus & nobis prorsus incomprehensibilis credendus est: qui omnia absurdia rationis ductu hic conclusa facile illudit.

30. Si

30. Si enim ratio huius discriminis rationi nostræ non constat: quomodo, quæso, contra ipsam quoque rationis nostræ legem ex discrimine hoc aliquid curiosi homines concludent?

31. *Keckermannus in suo Syst. Theol.* modale-hic discri-  
men introducit. Verum si ex Metaphysicis rectè didi-  
cisset, quid modus sit, ita non ineptiret. *Leckerman-  
ni distin-  
tio recipi-*

32. Modus non est ipsa res, cuius modus esse dicitur: *tur.*  
Ergo ubi est discrimin modale, ibi quodammodo est  
reale: & ubi tale conceditur, ibi non est simplicissima  
unitas, sed quædam compositio: inò prius & posteri-  
rius. Quandoquidem modus semper naturâ posterior  
est subiecto, cuius est modus. Quæ sanè omnia cum na-  
tura & personis divinis manifestò pugnant, inò illas  
planè negant & tollunt. Personæ enim nihil aliud  
sunt, quam ipsa essentia divina; & hæc nihil aliud est,  
quam personæ; atque sic unus ille verus Deus.

33. Non etiam persona in divinitate est, ut in genere  
species, aut ut membrum in integro; sed, ut diximus,  
ineffabili simul & imperscrutabili modo.

34. Nulla enim unquam rationi fuit aperta via, quæ  
ad hoc mysterium perduceret. Non enim ut Deus o-  
mnium prima demonstratur per rectam rationē causā;  
ita etiā Trinitas eius ratiocinando patefieri vel astuti  
potuit. Verum potius ratio quantum unitati simplicis-  
mæ vendicat, tantum Trinitati derogat; & contrā.

35. Numerum porrò personarum divinitatis quod *personæ*  
spectat, ternario is determinatus est. Tres enim sunt, numero  
neque plures, neque pauciores, divinitatis personæ: *tres sunt.*  
unde nomen Sacrae Trinitatis in Ecclesia exor-  
tum est.

36. Quod Trinitatis mysterium in utroque quidem  
Testamento, tam veteri, quam novo revelatum est:  
*verum*

verum ut reliquorum fidei articulorum omnium, ita  
huius quoque mysterii maior lux ad Messiae, hoc est,  
novi Testamenti tempora, reservata est.

Trinitatis  
vox in Scri-  
ptura non  
invenitur:  
res tamen  
inest.

Trinitas  
probatur  
ex veteri  
Testamēto.

Trinitas  
probatur  
ex Novo Te-  
stamento.

37. Trinitatis quidem vox hisce apicibus in scriptura  
non habetur: verum quia non modò res ipsa in ea con-  
tinetur: sed etiam Iohannes expressè trium facit men-  
tionem, rectè utitur Ecclesia voculā Trinitatis.

38. Ad probandum igitur hoc mysterium ex Veteri  
Testamento hæc adducimus testimonia, 2. Sam. 23. v. 2.  
*Spiritus Iehovæ locutus est in me, & sermo ejus per linguam*  
*meam.* Vbi per Iehovam intelligitur Deus pater, per  
Sermonem Deus filius, & per Spiritum, Spiritus san-  
ctus. Psal. 33. v. 6. *Verbo Domini cœlifirmati sunt, & Spiritu*  
*oris ejus omnis exercitus eorum.* Expressum quoque  
habemus locum Esa. 63. v. 7. & seq. fit enim ibi mentio  
Iehovæ, qui est Deus Pater; Deinde Angeli faciei eius,  
qui est Deus filius; & tandem Spiritus sancti. Referunt  
etiam Theologi huc dicta illa, in quibus vox Iehovæ,  
vel Domini, vel Dei tergeminata repetitur. Num. 6. v. 24.  
Psal. 67. v. 7. Es. 6. v. 3. & 33. v. 22.

39. Ex novo Testamento tribus modis demonstratur  
Trinitas: Primum manifestis testimoniosis, quale est il-  
lud 1. Ioh. 5. v. 7. *Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo,*  
*pater, verbum, & Spiritus sanctus:* Et hi tres unum sunt.  
Item Joh. 14. v. 16. & 26. & c. 15. v. 28. Act. 28. v. 25. Deinde  
apparitionibus. Vbi cum primis illustris est *Thesærus*  
facta in Baptismo Christi Matth. 3. v. 16, 17. Nam filius  
Dei ibi in Iordan baptizatur, Spiritus sanctus de-  
scendit in specie columbae, & super filium requiescit.  
Pater verò clamat de cœlo: *Hic est filius meus dilectus.*  
Ultimò formula Baptismi à Christo tradita Matth. 28.  
v. 19. *Euntes docere omnes gentes, baptisantes eos in nomi-*  
*ne patris & filij & Spiritus sancti.*

Cx-

40. Cæterum ex hisce Novi præcipue Testamenti Nomina locis patet, quæ trium istarum personarum sint nomina, nempe tria Pater; Filius, qui etiam verbum patris appellatur, item splendor gloriae, & character substantiae ipsius Ioh. i. v. 1. Hebr. i. v. 3, *Spiritus sanctus.*

41. Hæc etiam nomina in veteri Testamento suo modo revelata fuisse constat ex distinctis locis *Psal. 2. v. 7.*  
*Psal. 33. v. 6. & similibus.*

42. Tandem discrimen harum personarum consideratur vel in genere, vel in specie.

43. In genere quale discrimen huc detur, admodum se torquent Scholastici.

44. Negativè quidem aliquid huc statuere, difficile non videtur. Non enim personæ illæ differunt veles-sentialiter, vel accidentaliter, vel solâ mentis consideratione, sive λόγῳ. Quandoquidem istud pluralitatem Deorum, illud compositionem, hoc tandem ipsam distinctionis huius negationem introduceret. Verum assertivè huc aliquid determinare non videtur adeò facile.

45. Durandus formalem distinctionem constituit, verum qui eum explicet, inventus nondum est.

46. Communiter discrimen hoc reale finitur: realitas tamen illa nullo explicari modo potest: ut ita fru-strâ omnino huc ratio se torqueat, angat & excruciet.

47. Quocirca licet discrimen hoc reale in sano sensu cum Theologis nostris admittamus: nihilominus in tanto hoc mysterio tutiùs nos versari putamus, si discrimen ab ipsis subiectis petatur, & hypostaticum finiatur.

48. *Discrimen personarum divinitatis in specie consideratum vel est internum, vel externum.*

49. *Discrimen internum est, quod desumitur à distinctione internum.*

etis propriis & internis attributis. Scholastici vocant opera Trinitatis ad intra.

**opera ad intra quid.** Opera sive attributa illa interna dicimus, quæ opera Trinitatis ad intra.

50. Opera sive attributa illa interna dicimus, quæ opera Trinitatis ad intra.

mnis egressionis expertia sunt, intra deitatem manent, & adea, quæ Deus non sunt, nullo modo pertingunt, ut sunt: gignere, gigni, procedere. His igitur hunc in modum distinguuntur.

**Pater.**

51. Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus, nec procedens: sed ab æterno genuit filium, à quo & à filio Spiritus sanctus procedit.

**Filius.**

52. De patris deitate non sunt peculiariter mota certamina: quo circa nihil de illa in præsentia tractamus.

53. Filius à patre solo est, non factus, nec creatus, sed ab æterno genitus, & in plenitudine temporis propter nostram salutem incarnatus, à quo & à patre Spiritus sanctus procedit.

54. Circa personam filii propter haereticos duo probanda veniunt; 1. Quod sit Deus & patri æqualis. 2. Quod sic ipso sit patri.

**Filium reverendum Deum esse probetur.**

55. Prius probatur septem argumentis. 1. Quia filius Deus fuit & ante incarnationem & ante omnium rerum creationem. Ante incarnationem quidem; quia fuit ante Abraham Job.8.v.8. & fuit tentatus tempore Moysis à patribus 1.Cor.10.v.9. Ante creationem: quia habuit gloriam apud patrem, antequam mundus esset, Job.17.v.5. fuitque in principio & per ipsum omnia facta sunt, Job.1.v.3. 11. Quia est æqualis Deus Phil.2. v.2. III. Quia ipse & pater unus sunt, Job.10.v.30. IV. Quia ipse in patre & pater in ipso est, Job.14.v.10. V. Quia est Deus fortis & pater æternitatis. Es.9.VI. Quia est rex seculorum sive æternus. 1.Tim.1.v.17. VII. Quia est primus & notissimus, a & o Es.44.v. Apoc.1.

**Filium Pa-**

56. Posterius, nempe quoniam filii cum patre, hisce evinci-

vincitur argumentis: I. Quia ipsi nomini Iehovæ, quod *tri esse*,  
foli D e o competit in sacris, tribuitur. *Jerem. 32. v. 5.* opere  
*Num. 14.* Israélitæ dicuntur tentasse Iehovam: quod probatur.  
*Paulus 1. Cor. 10.* de Christo interpretatur. Item *Ez. 6.* vidit  
Iehovam Prophetæ in maiestate, quod *Job. 12.* Christo  
in gloria ab Esaiâ viso accommodatur. II. Quia ex-  
pressè vocatur D e u s *Psal. 45. v. 12.* *Job. 1. v. 1.* c. 20. v. 28.  
*Rom. 9. v. 5.* *1. Tim. 3. v. 16.* *Tit. 2. v. n. 1.* *Job. 5. v. 5.* III. Quia  
est ab æterno, *Psal. 2. v. 7.* *Ez. 9. v. 7.* *Mich. 5. v. 21.* *Job. 17. v. 5.*  
IV. Quia est omnipotens ut pater, *Job. 10. Apoc. 1. v. 9.*  
V. Quia est creator cœli & terræ, *Psal. 33. v. 6.* *Job. 1. v. 3.*  
*Col. 1. v. 16.* *Heb. 1. v. 2.* VI. Quia adoratur. In nomine e-  
nim Iesu flectitur omne genu, cœlestium, tenetrium,  
& inferorum *Phil. 2. v. 10.* *Deut. 6.* *Matth. 4.* Et de filio D e i  
dicitur *Psal. 97.* teste Epistola ad Hebr. c. 1: adorent eum  
omnes Angeli. VII. Tandem divinitas filii manifesta  
est ex miraculis, quæ propriâ facit potentiam, *Job. 10.*  
*v. 25.*

57. *Spiritus sanctus* à patre & filio est, nec creatus, nec *Spiritus*  
genitus, sed inenarrabili productione procedens. *santus.*

58. De persona Spiritus sancti propter hæreticos duo  
quoque probanda sunt. 1. Quod sit verus D e u s , pa-  
trique & filio. *2. v. 10.* 2. Quod simul à patre & filio  
procedat.

59. Prius probatur, I. Quia in sacris expressè nomi- *Spiritu*  
natur D e u s 2. *Sam. 23. v. 23.* 1. *Cor. 3. v. 17.* c. 12. v. 6. *Act. 5. v. 5.* *santum*  
II. Quia est creator, *Psal. 33. v. 6.* *Pf. 104. v. 30.* III. Quia est verum D e u  
ubique, *Psal. 139. v. 7.* *Sap. 1. v. 7.* IV. Quia omnia scruta- *esse proba-*  
tur, etiam profunditates D e i. 1. *Cor. 2. v. 10.* V. Quia in tur.  
ipsius nomine baptisamur *Matth. 28. v. 19.* VI. Quia in  
eum credimus, ut confitemur *in Symbolo.*

60. Posteriorius probandum est distinctè. Quod à patre *Spiritu S.*  
procedat, manifestè testantur verba Christi Iohan. 15. à patre pro  
v. 26: *cedere.*

v. 26: Cūm venerit paracletus, quem ego mittam vobis à pātre, Spiritus veritatis, qui à patre procedit.

spiritum s. 61. Quod à filio procedat, probatur his rationibus, à filio procedere.

I. Quia est Spiritus oris & labiorum Christi *Ef. 11. v. 4.*

2. *Theß. 2. v. 11.* Quia nominatur Spiritus filii *D e i Galat.*

4. *v. 6.* III. Quia nominatur Spiritus Christi *Rom. 9. v. 9.*

62. Ex hac tenus probatis & demonstratis intelligitur porro, quod pater sit prima persona: quia est à nullo, & est fons Trinitatis: *Filius secunda;* quia tantum à patre est; *Spiritus sanctus* *tertia,* quia est ab utroque.

Discrimen extēnum. Opera Trinitatis ad extra.

63. Discrimen extēnum est, quod ab extēnis proprietatibus sumitur: Scholastici vocant opera Trinitatis ad extra, quæ quidem à deitate promanant, terminantur tamen extra illam ad id, quod Deus non est.

64. Distinguuntur autem illis hoc modo: patris est creare & sustentare omnia: quandoquidem ex ipso, in ipso, & per ipsum omnia *Rom. 11. v. 36.* & mittere & dare filium *Job. 3.* Filii incarnatione & merito suo redimere genus humanum: atque ita esse mediatorem & redemptorem: Spiritus sancti sanctificare operando *χαριτα-*  
*τα,* & efficaciam in ministerio largiendo.

Conclusio.

65. Conclusum itaque esto: Verum Deus unum esse & trinum: unum quidem in essentia, & trinum in personis: ita ut essentia non separetur, & personæ non confundantur, sed unitas in trinitate & trinitas in unitate colatur.

Errores.

1. *Epicureos*, qui nullum omnino Deus esse contra conscientiam statuunt *Psal. 14. v. 1.* *Tit. 1. v. 15.*

2. *Ethnicum*, quo plures, imò prope infiniti Dei confingebantur *Rom. 1. v. 22.* III. *Valentinianos*, qui Deos quoque innumerabiles fingebant. IV. *Marcionitas*

nitas & Manichæos, qui duos introducebant D̄os,  
pariter æternos, alterum bonum, alterum malum. V. Sa-  
bellianos, Samosatenum, Judeos, Mahometistas & Antitri-  
nitarios, qui negant personas Trinitatis. VI. Arium &  
huius sectatores, qui ~~quos~~ personarum Trinitatis  
inficiantur.

67. Atque hactenus de Deo revelato Triuno, cui sit  
laus & gloria in omnem perpetuitatem.

F I N I S.





99 A 6935

ULB Halle

005 360 463



3


TA → OC



# Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86

B.I.G.



2